## CAP. II.

### *De Numa Pompilio.*

SUccedit Romulo Numa Pompilius: quem 1
Curibus Sabinis agentem, ultro petivere,
ob inclytam viri religionem. Ille sacra, & cære- 2
monias,

1




2




Numa Pompilius] *Ejus facies è Calpurniæ gent. denariis apud* Oyzel. cxii. Tab.

VARIORUM.

NUma dictus ἀπὸ τῶν νόμων, hoc est, à legibus quas instituit. Numæ gesta scribunt Livius, 1. 18. & seqq. Plinius (sive Victor est) de vir. illustr. cap. 3. Solin. cap. 2 Ruffus de vita regia. Eutrop. 1. 1. Oros. in 2. Agell. Valerius Maxim. 1. 2. 1. Lactantius, 1 22. Plinius, 13. 13: 14. 12: 18. 29. Augustinus de Civit. Dei, 2. 16: 3. 9: 11 15: 7. 35: 18.24. Plura Ovid. Metam 15. fab.44. Virg. Æn. 6. 808. Plura Plutarch. in vita Numæ. & Dionys. 2. 59. *Camers.*

1. *Curibus*] Sabinarum urbium hæc tunc opulentissima, parvulus vicus Augusti Cæsaris temporibus. Strabo lib. 5.

Ancilia] *Quæ in Ant. Pii. N. apud* Oyzel. cxi. Tab.

FREINSHEMII.

2. ILle *sacra*] Omnia quæ ad divinum cultum spectabant. Numa in octo partes distribuit. Primi erant *Curiones*, qui pro curialibus rem divinam faciebant. Secundi *Flamines*, quos à gestatione pileorum, quæ flammea dicebantur, ita nominabant. Alii à filo derivant, quasi filamines. Tertio erant *Tribuni Celerum*, qui designari solebant, ut regum ad bellum euntium satellites & custodes. Quarto ordine erant *Augures*, qui non avium tantum, sed signa omnia divinitus missa interpretabantur. Quintus ordo habebat *Virgines Vestales*, quæ sacri ignis custodes erant. Sexto loco habebantur *Salii*, qui saltatione

 & cho-